



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Reddita, qui peruersa simulq; etiā optima nostis.  
 Cūcta ego vos docui, sensumq; per abdita duxi.  
 Et quodcunq; malū solers natura negabat  
 Instituī, pactumq; meū ne forte negetis  
 Seruauī; & firma vosmet mihi forte dīcaui.  
 Nec Deus in vobis quāuis formauerit ante  
 Iam plus iuris habet; teneat quod condidit ipse,  
 Quod docui mecum est: maior mihi portio restat.  
 Multa creatori debetis, plura magistro.  
 Dixit, & in media trepidos caligine linquens  
 Per mediū fugiens euanuit aéra corpus.

FINIS LIB. SECUNDI.

## ALCHIMIA VITI

Viennensis archiepiscopi de parentū à para-  
 diso expulsione & snia dñi Liber tertius.

C A P V T I.

**T**empus erat quū sol mediū trāscende-  
 rat axem,  
 Pronus & excelsi liquēs fastigia cētri,  
 Vicina īā nocte leues p̄miserat auras.

Tunc illis maior curarum voluitur ęstus:  
 Feruentesq; tenent male conscientia corda dolores.  
 Tum pudor his capto detorquet lumina sensu.  
 Nec iam secura præstatur luce tueri

d 2 Signatam

Signatam fixo peccati stigmate carnem.

Indumenta petunt folijs è mollibus ambo ut

Membra tegant, nudūq; malū sub veste latescat.

Vmbrosis propter stabat ferculnea ramis,

Cōsuerūt fo= Frondentes diffusa comas, quas protinus Adam

lia ficus & fecerunt sibi Humentem capiens raso de cortice librum

perizomata Assuit; & viridi solatur veste ruborem.

*Gene. 3.* Induitur simili mulier lachrymabilis arte:

Quosq; aluit misero fallax insania pomo

Vestiuit folio: & quos saua ex arbore nudos

Reddidit, hos grauius tenui de cortice texit.

Et tamen adueniet tempus, quum crima ligni

Per lignum sanet, purgetq; nouissimus Adam,

Materiamq; ipsam faciat medicamina vitæ,

Aureus, ex alta quū pendens arbore serpens,

Serpentis veteres morsus atq; omne venenum

Eluet, & veterem perimet sua forma draconem,

Tunc etiam inuitum lœto delebere lœtum.

C A P V T      II.

**I**Nterea genitor viridis per mollia luci

Rorantes sudo capiebat ab aëre ventos.

Protinus attonitis senserunt auribus ambo

Præsentem dominū: tristi tum luce perosam

Expauere